



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio Practica ...

De Conversatione Apostolica A Curatoribus Animarum piè & fructosè
instituenda - Complectens vatos & solidos modos juvandi & consolandi
diversorum Statuum Personas afflictas, præcipuè ægras & captivas

Lohner, Tobias

Dilingae, 1677

Memb. III. Quâ rarione actus Fidei eliticendi sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48248](#)

De Apostolica Egrorum
*Vt veram patientiæ virtutem nobis largili-
 gneris.*
*Vt promissum Patientibus præmium largiti no-
 bis digneris.*
*Vt omnibus Fidelibus defunctis requiem eti-
 nam donare digneris.*
Vt nos exaudire digneris.
Agnus DEI &c.
¶. Domine exaudi Orationem meam.
¶. Et clamor meus ad te perveniat.

Oremus.

DEVS Virtutum Author & Custos, te supplices
 exoramus, ut & veram nobis patientiæ virtutem lar-
 giaris, & promissu patientibus præmium in calo
 olim concedas. Per Christum Dominum nostrum,

Simili modo Litaniæ de alijs etiam virtutibus confici, &
 interdum Sancti singulares, qui in ea præcipue excelluerunt,
 inferi possunt.

V. Quartus denique modus est virtutem aliquam per-
 vias aspirationes seu preces jaculatorias eliciendi; quod qui-
 dem quâ ratione fieri possit, sequentia membra ostendunt.

M E M B R U M III.

Quâ ratione Actus Fidei eliciendi sint.

I. **V**ariis modis elicere possunt actus Fidei ab Infirmis, sed
 sequentibus præcipue i. Professando; quod fieri potest,
 vel recitando ipsum Symbolum, si scilicet æger satis adhuc
 robustus ad hoc officium videatur, vel certe respondendo
 præuenti Sacerdoti, & varios fidei articulos per modum in-
 terrogationis proponenti.

II. Per modum orationis, faciendo quasi Litanias scriptis
 articulis, & dicendo; Pater de cælis DEVS, miserere no-
 bis, JESU Christe Fili DEI, Redemptor meus, ini-
 serere nobis &c.

III. Per modum Adorationis coram aliquo Crucifixo

ut alia imagine, quam possit venerari, osculari, amplecti, & super caput suum, aut pectus ponere dicendo, v. g. Adoro te Christe, qui per sanctam Crucem tuam redemisti mundum; qui natus, crucifixus, sepultus es pro me, miserere mei.

IV. Per modum gratiarum actionis, dicendo: v. g. Gratias ago tibi, ô SS. Trinitas, quod me Christianum, & Catholicæ Ecclesiæ tuæ membrum feceris, quod mihi fidem dederis, quâ te agnoscerem: & sc̄ per potiores fidei articulos progrediendo?

V. Aliquando exercendi sunt proprij actus fidei dicendo: v.g. Credo Domine, quod sis Unus in essentia & Tri-nus in Personis, quia tu, DEVS meus, summè ve-tax, & prima veritas hoc revelâsti: quod sis infinitus in tua essentia, & sapientia, bonitate &c. Credo Domine, sed adjuva incredulitatem meam, & adauge mihi fidem. Scio, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum; & rursum circumdabor pelle mea, & In carne mea videbo DEVUM Salvatorem meum.

VI. Per modum ponderationis, dicendo, v. g. Ecce mi-Charissime, credis in DEVUM Patrem Omnipotentem; me-mor ergo esto, qualem Patrem nactus sis; nimirum tales, qui non corpus duntaxat, sed etiam animam dedit; qui tam paternè te usque ad hanc horam enutritivit, & conservavit; qui tales tibi hæreditatem in cælis præparavit. Et en jam obvijs ulnis te exspectat in patria; age, propera in amplexus Patris charissimi, &, si cum prodigo filio dissipâsti bona tua, pro-tide ad pedes eius, & dic: Pater, peccavi in cælum, & coram te, & jam non sum dignus nominari filius tuus. Fac me unum de mercenarijs tuis.

M E M B R U M IV.

Quâ ratione actus spei eliciendi sint.

Hæc excitanda est circa res omnes, quæ sunt ejus ma-teria, scilicet circa veniam peccatorum, gratiam Dei,

Q 4

& vir-